



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 11. Nomen Regis Catholici Ferdinando & Isabellæ a Pontifice datum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæc. XV. Quippe irrigatur Daro amne, quem in qua-
A.C. 1491. tuor partes intersectum excipit Granata,
Albambra, Albaizina, & Anticaria. In
suo circuitu quatuor Leucas numerabat
Granata, undique muris cincta, in qui-
bus mille triginta turres, totidemque pin-
næ his superimpositæ exurgunt.

§. XI.

*Nomen REGIS CATHOLICI
Ferdinando & Isabellæ a Pon-
tifice datum.*

Paul. æmili.
1. 8.

Froissard.
1. 1.

Marian. l. 7.
t. 4.

Eugen. an.
738.

Castellæ & Arragoniæ Reges in triun-
pho, more veterum Victorum, Gra-
natensem urbem ingressi sunt, ibidem-
que deditio[n]is pacta summa Religione
servare, remque publicam bonis legibus
instruere curabant; postea non modo No-
biles, sed & plebeios sibi tam feliciter
devinciebant, ut Regiæ clementiæ fa-
ma per universum Regnum divulgata,
quivis novis suis Principibus prompto
animo obsequium profiteri certaret, si-
que forte mutati regiminis tedium quem-
piam incesseret, id tamen populus tanta
dexteritate celabat, ut vix ullum illius
indictum exterius prodiret, quadriu[m]
Ferdinandus & Isabella, hujus populi
domitores, sceptrum rotabant. Præte-
rea nobili hoc triumpho Religio Christia-
na per totam Hispaniam propagata fuit,
non

non solum Maurorum imperio, sed etiam Sæcul. XV.
Mahometana superstitione penitus exu- A.C. 1491.
lare jussa: unde Ferdinandus & Isabella
tam pro se, quam suis Successoribus glo-
riosum *Regis Catholici cognomen* eme-
ruerunt, quod ipsis ab Alexandro VI.
Innocentii VIII. Successore hæreditario
jure attributum fuit. Hoc quidem no-
mine non soli Hispaniæ Reges decorati
leguntur; discimus enim ex Paulo Æmi-
lio, & Froissardo, idem nomen dona-
tum fuisse Philippo Valesio Francorum
Regi ob defensa Ecclesiæ jura, qua
etiam de caufa Galliarum Rex gloria-
tur titulo *Regis Christianissimi*, & primoge-
niti *Ecclesiaz Filii*; Rex Poloniæ Ortho-
doxi, Navarræ Rex *Fidelissimi*, ac deni-
nique magnæ Britanniæ Reges conser-
vant nomen Defensoris Fidei, quod Leo
X. Henrico VIII. ante schisma adscripsit.
Resert Spondanus, olim nomen *Catholici Spon.* ad an.
Reocaredo Regi, ob reductam gentem Go- 1492. n. 2.
thicam ab Ariana hæresi ad fidem Catholi-
cam in quodam Concilio acelamatum fuisse.

§. XII.

*Obitus Marci Barbi, Balvis, & Ar-
cimboldi Cardinalium.*

Hoc anno tres Cardinales rebus huma-
nis erepti sunt, & quidem primus
horum erat Marcus Barbus secunda Mar-
Ff 5 tii